

Sallusts Interview mit einem Nachfahren eines Iugurthaveteranen

Crispus: Tu igitur nepos viri, qui in solitudinibus Numidiae ad bellum cum Iugurtha rege adfuit. Dic mihi, quoius ex illo tempore oblitus, quod et bellicosis et proditione inplebatur.

Nepos: Bellum expositurus sum, ut avus hoc narrabat: Milites multos labores passos, bellum autem non modo pugnis, verum animis eorum decretum, calorem sub sole, famem asperitatem ubique illos semper secutos in quaecumque loca arida, non Numidas, sed transfugas avidos auri rem Romanam prodentes maximos hostes habitos.

Crispus: Quos adcausavit? Ducesne?

Nepos: Dixit in primis primis imperatoribus gloriam propriam magis quam victoriam Romanorum curae fuisse, viros clarissimos domi corruptos ab Iugurtha militae opus fugisse, dein duces aliter ac hos bellum gessisse, item Iugurtham: Virtutem a Numidis non sicut a se non diligi ideo illos res adflictas videntes fugam facere, quo quoiusque animus ferret, eo discedere. Metellum, qui omnibus difficilis et naturae ipsi imperitare visus, ubi vidisset bellum modo solito geri non posse iusisse interfici puberes oppidorum possesorum, vastari agros. Marium pergentem atrox bellum vero virum clarissimum avus ratus.

Crispus: Secutusne postea partem Mari avus tuus?

Nepos: Secutus. Quom Marius origine humili veluti plerique exercitus et avus adipiscetur summos honores et gloriam, ii idem adipisci videbantur ei. At civili bello perfecto paenituit. Et Mari ambitione ardunda adcaensam rem publicam, caesam concordiam cognovit.

Crispus: Quid Iugurtham putavit? Alii arguere hunc criminis proditionis Romanorum, quod fide populi Romani abuteretur, neces multorum et meritorum civium committeret, alii agnovere hunc hostem dignum Romanis, nobilitate in primis, aperuisse decadundum maiorum morem Romae.

Nepos: Pauca dixit. Decora facie, multo maxume ingenio regem, quoius insidiae sine finibus, largiri, persuadere, conrumpere quam plurimum potuisse, tantum vitiis abuti apertis a populo Romano.

Crispus: Victoriane Iugurthae triumphus militaris gloriae P. R. aut morale indicium imminentis pernicii?

Nepos: Triumphus et simul indicium. Antea numquam nobilitatis superbiam tam apertam, primum publice reprehensam existumavit. Quid non triumphum esse potuisse? Illos immortales

inbuisse in media solitudine se tanta repente caelo missa aqua, nunc Numidiam provinciam, postremo Iugurtham vinctum occisum Romae. Quid non triumphum? Tum avus saepe silebat. Denique pergebat: Urbem venalem et perituram, si satis pecuniae.

Crispus: Non iucunda verba. Quid bellum ei reliquit?

Nepos: Vulnera sequentia eum usque ad res extremas, memoriam terroris belli eiusmodi Iugurthae, at et unitatis, concordiae metu hostili: Sulla Felix et Marius placide modesteque inter se bellum gerere, ceterum censuit Carthagine deleta cessisse civitatem coniungentem, in bonis artibus retinentem metum hostilem.

Crispus: Adsentirisne?

Nepos: Ubi nunc patres patriae aut Cincinnatus aut Camillus? Stat Roma pristina nomine, Aegypta coniux recens regnat Romae.